quorum remisse sunt iniquitates
& quorum tecta sunt peccata. pecca
ta enim tegimus cum bona facta malis
actibus supponimus. Omne enim quod
operitur inferius ponitur & hoc un
de operitur desup ducitur. quando
enim abdicamus mala quae fecimus
& elegimus bona quae faciamus. quasi
tegmen illi rursus sup ducimus quam ui
dere erubescimus. Sči uiri adhuc
In hac uita constituti habent quod ante
dī oculos operire debeant. quia om
nino inpossibile ē ut aut in opere aut
in locutione aut in cogitatione num
quam delinquant. P̄ beatum moysen
dn̄s ait. Non accipies loco pigneris
molam superiorem & inferiorem.
Superior autem & inferior molae ē
spes & timor. spes quippe ad alta sub
uehit. timor autem cor inferius pre
mit; mola superior & inferior ita sibi
necessario iungitur ut una sine altera
inutiliter habeatur. In peccatoris
itaque pectore incessanter deb&
spes & formido coniungi. quia in cas
sum misericordiā sperat si non & iam
iustitiam timeat, & frustra iustitiā
quisque metuit si non & iam de mise
ricordia confidit. Loco pigneris mola
superior & inferior tolli prohib&ur.
quia quod peccatori p̄dicat tanta
dispensatione conponere p̄dicationē
deb&. ut nec derelicta spe timorem
subtrahat. nec subtracta spe in solo eū
timore derelinquat. mola superior
aut inferior tollitur si p̄p̄dicantis
linguam in peccatoris pectore aut
timor abs spe aut spes a timore diuidat.

## XLIIII. DE PENITENTIA

OMNIS PECCA
tor in penitentia du
plum habere gemitum
deb&. Nimirum quia & bonum
quod oportuit non fecit, & malū
quod non oportuit fecit. Cum ad bo
na opera non adsurgimus neces
se est ut nos met ipsos dupliciter
defleamus. quia & recta non fecim;
& praua operati sumus. P̄ beatum
moysen unus turtur pro peccato alt̄
uero offerri in holocaustum iubet̄.
holocaustum namque totum incen
sum dicitur. Unum ergo turturem
pro peccato offerimus, cum pro cul
pa gemitum damus. de altero holo
caustum facimus cū pro eo quod bona

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0244